

primariæ Urbis Tuæ municipes; tum Familiaæ Tuæ clarissimæ vniuersæ in omnes instituti nostri alumnos , qui præsertim Narbonæ degunt, beneficia ; quæ quia non possum satis exprimere callamo , vel persequi ; sicut nec repensis gratiis æquare; præstat, animo non ingrato recolere ; ipsamque animi gratitudinem tributo hoc debiti obsequij , & obseruantiae nunquam interituræ monimento vtrunque testari. Vale , faue , viue diu foelix ; Deusque Te Ecclesiaæ Tuæ ac vniuersæ, vt & nobis seruet in columem. Ita votis omnibus opto , & ita compreco.

ILLVSTRISSIMÆ ac REVERENDISSIMÆ Dominationi Tuæ.

F<sup>r</sup> Cenensis nōbro , sancti Rochi nuncupato.  
ad Tolosam 22. Oct. ann. 1671.

Addictissimus obsequentissimus seruus & cliens.  
Frater EMANVĒL MAIGNAN , Minimus.